

**THESES quaedam, in doctrina sancti Thomae Aquinatis contentae, et a philosophiae magistris propositae, adprobantur. (SACRA STUDIORUM CONGREGATIO) (i)**

I. Potentia et actus ita dividunt ens, ut quidquid est, vel sit actus purus, vel ex potentia et actu tamquam primis atque intrinsecis principiis necessario coalescat.

II. Actus, utpote perfectio, non limitatur nisi per potentiam, quae est capacitas perfectionis. Proinde in quo ordine actus est purus, in eodem nonnisi illimitatus et unicus existit; ubi vero est finitus ac multiplex, in veram incidunt cum potentia compositionem.

III. Quapropter in absoluta ipsius esse ratione unus subsistit Deus, unus est simplicissimus, cetera cuncta quae ipsum esse participant, naturam habent qua esse coarctatur, ac tamquam distinctis realiter principiis, essentia et esse constant.

IV. Ens, quod denominatur ab esse, non univoce de Deo ac de creaturis dicitur, nec tamen prorsus aequivoce, sed analogice, analogia tum attributio- nis tum proportionalitatis.

V. Est praeterea in omni creatura realis compositio subiecti subsistentis cum formis secundario additis, sive ac-

**T H E S E S ad mentem Eximii Doctoris F. Suarezii, (Oppositaee XXIV THESIBUS AD MENTEM S. THEMAE A S. C. STUDIORUM APPROBatis.)**

I. Potentia et actus non bene dicuntur entis principia; ens enim est simplicissimum et ideo quomodounque existit est ens in actu etsi forte in potentia ad aliud. (Disp. Metaph., 15 sect. 9; Disp. Met., 31 per totam; praes. sect. 2, nu. 23 et seqs.)

II. Actus dicere potest perfectionem in sua ratione formalis, tum intra suam speciem, limitatam; seipso, igitur, vel fortasse ab agente, non per potentiam in qua recipitur, finitus est. (Dis. Metaph. 30, sect. 2, n.<sup>o</sup> 18 et seqs.; id. id. 5, sect. 2; id. id. 31, sec. 13, n.<sup>o</sup> 14 et seqs.; De Angelis, lib. I, cap. 12 et 15.)

III. Utcumque Deus differat a creaturis ut necessario existens, falsum est creaturam omnem esse compositam, in eaque praesertim esse ab essentia redistinguiri. (Dis. Met. 31, praes. Sect. 4 6 et 13.)

IV. Quidquid de entis analogia teneri beat, entis conceptus objectivus est simpliciter unus. (Dis. Met. 2, sect. 2 et 3.)

V. Nullo pactu accidentia a subjecto distinguenda distinctione inter essentiam et esse opus est. Formae vero

(i) Van precedidas de este preámbulo: "Postquam sanctissimus Dominus noster Pius Papa X Motu proprio *Doctoris Angelici*, edito die xxix iunii mcmxxv, salubriter praescripsit, ut in omnibus philosophiae scholis principia et maiora Thomae Aquinatis pronuntiatae sancte teneantur, nonnulli diversorum Institutorum magistri huic sacrae Studiorum Congregationi theses alias proposuerunt examinandas, quas ipsi, tamquam ad praecipua sancti Praeceptoris principia in re praesertim metaphysica exactas tradere et propugnare consueverunt.

Sacra hacc Congregatio, supra dictis thesibus rite examinatis et sanctissimo De- mino subiectis, de eiusdem Sanctitatis Suae mandato, respondet, eas plane continere sancti Doctoris principia et pronuntiata maiora: I. Potentia..."

cidentibus; ea vero, nisi *esse* realiter in essentia distincta reciperetur intelligi non posset.

VI. Praeter absoluta accidentia est etiam relativum, sive *ad aliquid*. Quamvis enim *ad aliquid* non significet secundum propriam rationem aliquid alicui inherens, saepe tamen causam in rebus habet, et ideo realem entitatem distinctam a subiecto.

VII. Creatura spiritualis est in sua essentia omnino simplex. Sed remanet in ea compositio duplex: essentiae cum esse et substantiae cum accidentibus.

VIII. Creatura vero corporalis est quoad ipsam essentiam composita potentia et actu; quae potentia et actus ordinis essentiae, materiae et formae nominibus designantur.

IX. Earum partium neutra per se esse habet, nec per se producitur vel corrumpitur, nec ponitur in praedicamento nisi reductive ut principium substantiale.

X. Etsi corpoream naturam extensio in partes integrales consequitur, non tamen idem est corpori esse substantiam et esse quantum. Substantia quippe ratione sui indivisibilis est, non quidem ad modum puncti, sed ad modum eius quod est extra ordinem dimensionis. Quantitas vero, quae extensionem substantiae tribuit, a substantia realiter differt, et est veri nominis accidens.

XI. Quantitate signata materia principium est individuationis, id est, numericae distinctionis, quae in puris spiritibus esse non potest, unius individui ab alio in eadem natura specifica.

XII. Eadem efficitur quantitate ut corpus circumscriptive sit in loco, et in uno tantum loco de quacumque potentia per hunc modum esse possit.

accidentales proprio actu existunt. (D. M. 5, sect. 7, 8 et 9.)

VI. Est utique quartum praedicamentum relativum; sed relationis nulla est realis entitas praeter terminos et fundamentum quae sunt aliquid absolutum. (D. M. 47, sect. 9. Atque iterum in lib. De Trinitate, ubi contra S. Th. tradit unanimaque Personam perfectionem propriam entitativam habere, perfectioni aliarum non prorsus identicam sed aequipotentem. lib. 3, cap. 9.)

VII. Nulla in creaturis spiritualibus ponenda est substantialis compositio, nec in ipsis esse et essentia re distinguuntur. (Disp. Metaph. 31, sect. 13 n.<sup>o</sup> 24 et seqs.)

VIII. Ita corpus coalescit ex materia et forma, ut harum utraque essentiam propriam et proprium esse habeant, ideoque existant natura prius quam uniantur. (Dis. Met. 13, sect. 5; id. id. 33, sect. 1; id. id. 15, sect. 6 n.<sup>o</sup> 3; et sect. 9.)

IX. Quapropter singulae sunt terminus propriae productionis; etsi dicuntur non per se produci quia unaquaeque ad aliam ordinatur. (D. M. 15, sect. 4.)

X. Ex sola ratione, realis distinctio quantitatis a corpore evinci nequit. Substantia vero etiam sine quantitate partes integrantes ex seipsa habet; quantitas ordinatam positionem tribuit. (D. M. 40, sect. 2 et 4.)

XI. Nullo modo corporum individuationis, quae ens quocumque comitatur, a materia repeti potest. (Dis. Met. 5, prae. sect. 3 et 4.)

XII. Etiam praescindendo a quantitate substantia, imo quidquid reale est, per se habet, ubicationem suam, et multiplicatio corporis localis nullo modo repugnat. (D. M. 51 per totum, prae. sect. 2, 4 et 5; iterum in Disput. De

Eucharistia in III P. Sum., ubi doctrinam evolvit prorsus oppositam doctrinae Aquinatis. De Angelis lib. 4, cap. 3; Disp. Met. 30, sect. 7, n.<sup>o</sup> 34.)

XIII. In hoc convenient **omnes**. (Differt tamen Suarezius a D. Thoma, in hoc quod primus motus viventis, auctore Aquinate, est ab exteriori principio; auctore Suarezio, non habet **externum** motorem. Disp. Metaph. 18, sect. 7.)

XIV. Vegetalis et sensilis anima **habet** certe suum esse et per se producitur, nisi quod ita producitur ut corpori infundatur ideoque dicitur non esse terminus creationis. (Disp. Met. 15, sect. 2, 4 et 9, n.<sup>o</sup> 5 ubi de forma subs. in communi, praes. sect. 2, n.<sup>o</sup> 13 post medium. Cfr. De Anima.)

XV. Per se subsistit anima humana, quae consequenter ad productionem corpori infunditur, ideoque in sua individuatione non a corpore pendere potest. (Dis. Met. 5, sect. 5.)

XVI. Etsi communius et melius dicitur anima esse unica hominis **forma**, tamen neque hoc invicte probatur nec S. Thomae rationes necessitatem habent. (Dis. Met. 13, sect. 13, n.<sup>o</sup> 14.)

XVII. Neque certa est distinctio facultatum ab anima, quae fortasse per se principium est operationis immedietum. (D.M. 14, sect. 5 et in tractatu De Anima.)

XVIII. Nulla est ratio cur immaterialis esse debeat intellectivum; quamobrem nec Dei scientia ex eius spirituallitate satis probatur. (Dis. M. 30, sect. 14 ac 15.)

XIX. Probabilius contra S. Thomam, negatur intellectus agentis distinctio ab

XIII. Corpora dividuntur bifariam: quaedam enim sunt viventia, quaedam expertia vitae. In viventibus, ut in eodem subiecto pars movens et pars mota per se habeantur, forma substantialis, animae nomine designata, requirit organica dispositionem, seu partes heterogeneas.

XIV. Vegetalis et sensilis ordinis animalia nequaquam per se subsistunt, nec per se producuntur, sed sunt tantummodo ut principium quo vivens est et vivit, et cum a materia se totis dependent, corrupto composito, eo ipso per accidens corrumpuntur.

XV. Contra, per se subsistit anima humana, quae, cum subiecto sufficienter disposito potest infundi, a Deo creatur, et sua natura incorruptibilis est atque immortalis.

XVI. Eadem anima rationalis ita unitur corpori, ut sit eiusdem forma substantialis unica, et per ipsam habet homo ut sit homo et animal et vivens et corpus et substantia et ens. Tribuit igitur anima homini omnem gradum perfectio- nis essentialis; insuper communicat corpori actum essendi, quo ipsa est.

XVII. Duplicis ordinis facultates, organicae et inorganicae, ex anima humana per naturalem resultantiam emanant; priores, ad quas sensus pertinet, in compo- sito subiectantur, posteriores in anima sola. Est igitur intellectus facultas ab organo intrinsece independens.

XVIII. Immaterialitatem necessario sequitur intellectualitas, et ita quidem ut secundum gradus elongationis a materia, sint quoque gradus intellectualitatis. Adaequatum intellectionis obiectum est communiter ipsum ens; proprium vero intellectus humani in praesenti statu unionis, quidditatibus abstractis a conditionibus materialibus continetur.

XIX. Cognitionem ergo accipimus a rebus sensibilibus. Cum autem sensible

non sit intelligibile in actu praeter intellectum formaliter intelligentem admittenda est in anima virtus activa, quae species intelligibiles a phantasmatisbus abstrahat.

XX. Per has species directe universalia cognoscimus; singularia sensu attingimus, tum etiam intellectu per conversionem ad phantasmatum; ad cognitionem vero spiritualium per analogiam ascendimus.

XXI. Intellectum sequitur, non praecedit, voluntas, quae necessario appetit id quod sibi praesentatur tamquam bonum ex omni parte explens appetitum, sed inter plura bona, quae iudicio mutabili appetenda proponuntur, libere eligit. Sequitur proinde electio iudicium practicum ultimum; at, quod sit ultimum, voluntas efficit.

XXII. Deum esse neque immediaata intuitione percipimus, neque a priori demonstramus, sed utique a posteriori, hoc est, per ea quae facta sunt, ducto argumento ab effectibus ad causam: videlicet, a rebus quae moventur et sui motus principium adaequatum esse non possunt, ad primum motorem immobilem; a processu rerum mundanarum e causis inter se subordinatis, ad primam causam incausatam; a corruptilibus quae aequaliter se habent ad esse et non esse, ad ens absolute necessarium; ab iis quae secundum minoratas perfectiones essendi, vivendi, intelligendi, plus et minus sunt, vivunt, intelligunt, ad eum qui est maxime intelligens, maxime vivens, maxime ens; denique, ab ordine universi ad intellectum separatum qui res ordinavit, disposuit, et dirigit ad finem.

XXIII. Divina Essentia, per hoc quod exercitae actualitati ipsius *esse* identificatur, seu per hoc quod est ipsum Esse subsistens, in sua veluti metaphysica ratione bene nobis constituta proponitur, et per hoc idem rationem nobis exhibet suae infinitatis in perfectione.

XXIV. Ipsa igitur puritate sui *esse*, a finitis omnibus rebus secernitur Deus. Inde inseritur primo, mundum non nisi per creationem a Deo procedere potuis-

intellectu possibili. (De Anima, lib. 4 et 8, n.<sup>o</sup> 13.)

XX. Universale formale per ipsam abstractionem constituitur; singularia vero directae cognitionis obiectum sunt. (D. M. 6, sect. 5 et 6; id. id. 35, sect. 2, 3 et 4; De Anima, lib. 4, cap. 3.)

XXI. Non est opus iudicio pratico electionem praecedente, sed actus voluntatis perfectus apprehensionem eligibilitatis sequi potest. (In lib. De Auxiliis et Prolegomenis ad Gratiam; Dis. Met. 19, sect. 6.)

XXII. Etsi probatur Deus ut causa universi et omnia ordinans, quae viae tamen maxime Aquinati probantur ex principiis acceptae: omne quod movetur ab alio movetur, et: ubi datur maius et minus existit maximum, efficaciam non habent; imo ea principia vel falsa vel saltem dubia sunt. (D. M. 18, sect. 7; id. id. 29, sect. 1, n.<sup>o</sup> 7 et seqs.; sect. 3, n.<sup>o</sup> 21.)

XXIII. Melius ponitur ut principium quo trahuntur divina attributa ipsum factum *asseditatis*. (Dis. Met. 30, sect. 6 innuitur, sed plenius apud Losada et caeteros eiusdem scholae.)

XXIV. Utique solus Deus potest in omne ens; in hoc tamen vel illud ens etiam creatura formaliter potest; nec ratione vincitur facultatem aliquid

se; deinde virtutem creativam, qua per se primo attingitur ens in quantum ens, nec miraculose ulli finitae naturae esse communicabilem; nullum denique creatum agens in esse cuiuscumque effectus influere, nisi motione accepta a prima Causa.

creandi nulli creaturee communicari posse; admitti denique debet creatum agens indegere concursu Dei in eundem effectum, at non directe ab ipso Deo motionem accipere. (Disp. Metaph. 20, sect. 2 et 3; id. id. 22, sect. 2, n.<sup>o</sup> 51 dicit S. Thomam retractare in *Summa* quod scripserat in quaes. II<sup>o</sup> De Potentia, art. VII; ibi sect. 3 torquet motionem ad concursum in effectum, praes. n.<sup>o</sup> 12 et sect. 4. Eadem ampliori forma in lib. *De Auxiliis*.)

La doctrina de las proposiciones que se emparejan en las dobles columnas anteriores es evidentemente inconciliable. Y como la Iglesia nos manda ahora, precisamente, seguir las de Santo Tomás, hay que reconocer que no ha venido con oportunidad la fecha del Centenario suareciano.

Pero Suárez es hombre con estrella, con estrella que no declina, con estrella que aumenta cada día el brillo de su noble figura.

Cuando empezó a enseñar, le denunciaron algunos de sus compresores como enemigo de Santo Tomás, al cual mandaban seguir las Constituciones de la Compañía. El visitador Avellaneda, haciéndose eco de esos rumores le corrigió el modo de enseñar como opuesto a Santo Tomás, conforme escribe Suárez en una carta al padre General. Estas diferencias se arreglaron con unos sencillos traslados.

Más tarde, el padre Vázquez, el agudísimo y original teólogo, le combate con acrimonia, llegando a presentar en sus denuncias listas de proposiciones peligrosas tomadas de sus enseñanzas. Suárez flogó por encima de esas acusaciones; su ciencia se impuso a todas ellas.

Las cuestiones *de auxiliis* le presentaron como antitomista entre los impugnadores de Molina, a pesar de que el molinismo fué por él atenuado. Suárez, lejos de perder en esta suerte, cobró nueva celebridad como abanderado de una doctrina que la Compañía de Jesús adoptó por suya.

Llegó el *affaire* de la *confesión a distancia*, y Suárez, aun yendo él personalmente a defenderse a Roma, no pudo evitar una condenación terminante, que le proporcionó el mayor disgusto de su vida, pero que no quebrantó su crédito de insigne profesor, crédito restaurado con creces en la corte romana al publicar las obras *De Censuris* y la *Defensio Fidei*, que tanto agrado a Paulo V.